

## GREGORIUS PP. XVI.

Dilecte Fili Noster salutem et apostolicam benedictionem. Quod solemnibus redeuntibus Natalis Domini Tuum erga Nos animum aperte duxeris profitendum, gratum id quidem Nobis acceptumque contingit: volumus tamen sic existimes, qua sis erga Nos observantia vereque amantis filii propria caritate jamdiu Nos magis habere persuasum, quam ut necesse sit ullis a Te verbis declarari. Quas vero pro Nobis omni tempore, hisce praesertim diebus nascenti sacris mundi Redemptori fuderis preces, eo majore cum sensu grati animi accipimus, quo magis, pro pietate Tua eas confidimus multum apud thronum ejus gratiae ad Nostrum et commissi humilitati Nostrae catholici Gregis profectum collaturas: secundum illud multum valet oratio justae assiduae. Idem Dives in misericordia Dominus uberrima coelestium donorum copia pietatis in Nos et Sanctam Ecclesiam Tuam Tibi referat vicem: Festem autem paterni et omnia Tibi Gregique Tuo prospera et salutaria impense precantis animi Nostri apostolicam habeas benedictionem, quam Tibi, Dilecte Fili Noster eidemque Gregi peramanter impertimus. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die VIII. Januarii M D C C X L I I I I

Pontificatus

Nostri

anno

Decimotertio

GREGORIUS PP. VII

Sancte filie vestre  
Joanni filio S. Quatuor Coronatorum  
Presbytero S. E. Cardinali Seglari  
Episcopo Quacimati et Einguarone

Istituto Campana Osimo ®